

CONSILIVM CRIMINALE  
DN. BRVNORI A  
SOLE, I. C. VENETI,  
COMPLECTENS VNIVERSAM  
ferè materiam, quæ frequentiori vsu, circa  
crimina in foro quotidie practicatur, ad  
Iudicum iniquitatem detegendam,  
& oppressorum innocentiam protegendarum.

.CVM SVMMA RIIS.

Habes in hoc Enchiridio, Lector, Promptuarium  
omnium locorum, quæ ad innocentium Reo-  
rum propugnationem usui esse possunt.



FRANCOFORTI.

M. D. LXXV.



# REVERENDISSI- MO IN CHRISTO PA- TRI, D. DONATO STAMPAE

*Dignissimo Episcopo Nepesino, & Sutriño,  
Domino suo colendissimo,*

*BRVNORVS SOL I.C. VENETVS  
S. P. D.*



V M post diu turnum tempus de-  
cem annorum, quo volens, iustis  
rationibus motus, tacui, decreue-  
rim iam, rupto silentio, omnibus  
iudicij in hac causa nouā formam  
manifestare, Consilium hoc meum promulga-  
re statui, & vt mihi satisfacerem, & multis hoc  
à me postulantibus morem gererem, alijsq; id  
mandantibus parerem. Dum verò cogitarem,  
cui illud, vt omnium Scribentū moris est, di-  
carem, aliquantulum substiti. occurrebat sum-  
mus Pontifex, caput omnium, Dei Opt. Max.  
vices gerens, vt pote ille, apud quem omnis in  
omnibus, & circa omnia potestas residet, & ad  
quem omnes iniuntiam passi confugere debēt,  
si cui alij Principi, Collegio, vel Univeritati id  
dicare possem, considerauit. Demum & ambi-  
tionem fugiens, quam semper abhorui, & ce-  
lesti editioni studens, quam nimium differri vi-  
debam, aestimansq; tibi yni rectus, quam cæ-

A 2 teris

## CONSILIVM CRIMINALE.

**M**N anno 1563. 7. Decembris, de mandato Reuerendi Petris, D. Alexandri Pallantherij, tūc Gubernatoris vrbis Romę, subscripto à Magnifico D. Francisco Cultello, tunc Procuratore fiscalis, ad simplicem delationem Ioannis Vincentij Neapolitani, Roberti, & Didaci hibernorum exploratorū, circa tertiam horam noctis à Flaminio Corso probatice celo vrbis cum multis alijs biruarijs capti. & carcerati fuit pro crimine heresie quidam, Thomas Sachfil Anglus, Ioānes Treuer Anglus, & Jacob. Bardēt Gallus, famuli ipsius Thomæ, in hospitio Catharinæ Flandrae, locādarij camaretarum, vbi tunc hospitabantur, & in eorū bonis confectum fuit inventarium à notario iuxta stylum, & de mādato, vt suprà, cū assistentia, & interuētu Domini B. iuris V. doct. tunc profiscalis. Qui Angli à die supradicta usque ad 19. eiusdem mensis carcerati, diuersis vicibus examinati fuerūt. Qua die 19. D. B. suprad. sequestratus fuit sub pretextu qđ de bonis p̄dictis deficeret crumenta cū quingētis coronis gallicis, quā dictus Thomas dicebat reposuisse in quadam sua valisia inter quosdā libros musicales. Pro qua causa ipse D. B. post multa fuit tortus, pertorturā confessus, & ratificata p̄ ipsum confessione, dimissus ē carceribus cum decreto, de

B 2 quo

*ET PRAEMISSA OM-  
nia pro veritate, in iure & in fa-  
cto conclusa, dicta & scripta sunt  
in his, quae pertinent ad Anglos, ci-  
tra præiudicium eorum, qui Ca-  
tholicam fidem tenent, & Apostoli-  
ca dogmata, sanctæq; Romana Ec-  
clesia decreta, constitutiones, &  
placita sequuntur,  
ac seruant.*

**FRANCOOFRTI,**  
*Apud Nicolaum Bassaum.*  
**M. D. LXXV.**

